

poni. Unde dicti Cives nostri hanc concessionem, voluntatem, Donationem et transfusionem juris presentandi firmum cognoscendo, mox ut dictam Ecclesiam Parochialem per cessum vel decessum vacare contigerit sub tempore ad hoc a jure indulto ad eam virtute ac robore hujus nostre concessionis ac transfusionis per ipsos electum et nominatum, quaternis duntaxat vicibus, sicut praemittitur, vice nostra quibus expedit, possint presentare, in cujus rei memoriam et firmitatem presentes Literas fieri et Legalis nostri sigilli appensione jussimus communiri. Data in castris nostris ante Albam Regalem Anno Christi Millesimo Quingentesimo Nonagesimo primo: Regnorum autem nostrorum Hungariae primo. Bohemia vero vigesimo.